

I. N. S. S. T.  
EXERCITATIO PHILOSOPHICA  
**THEOREMATA**  
nonnulla  
**MATHEMATICA**  
PROPONENS,

Qvam,  
Consentiente

AMPLISSIMO COLLEGIO PHILOSOPHICO  
IN ILLUSTRI & INCLUTA ACADEMIA ABOENSI,  
SUB PRÆSIDEO

*Præcellentissimi VIRI,*

**Dn. M. MAGNI STEENS/**  
MATHEMAT. PROFESSORIS CELEBERRIMI,  
PRÆCEPTORIS ac PROMOTORIS,  
submissa mentis veneratione colendi,

Qua par est modestia,  
Doctorum Examini publico sifit,  
SACRÆ REG: MAJEST: STIPEND:

**GABRIEL FOXSTEEN/**  
NYLANDUS.

Die 1 Junii Anno 1695,  
In Auditorio maximo horis antem:

---

Impr. apud JOH. LAURENTII WALLIUM.

# АЛЛЕЛЮЯ АСТАЗИТАМ

Дн. МАСЛАЧНОЕ  
МАСЛАЧНОЕ  
ПРАВЛЕНИЕ в ПОМОРОВ  
ПРИЧИТАНИЕ АСТАЗИТАМ

Дн. 1 Июня Асмакио пасхи  
Дн. 1 Июня Асмакио пасхи

ГАБРИЕЛ СФАСЕГОДНЯ

Дн. 1 Июня Асмакио пасхи

Дн. 1 Июня Асмакио пасхи

Дн. 1 Июня Асмакио пасхи

Literatissimum ac Politissimum

DN. G A B R I E L E M  
S O R S S T E L L U M

Sanioris Philosophiae Studiosum

Pereximum ac commendabilem apprimè, Dispu-  
tationis præsentis Auctorem & Defensorem  
egregium, sanguinis jure sibi  
adnexum,



Ιαρίνων δι ημῶν νῦν αὐγόθι χάρμα πάρεστι;  
Κανά τε ἡδ ή χλῶν ἔματα ἐσπαμένηο  
Μέλικος ἐλύμπια τε καὶ ἀσερένηο ὅπωπήο  
Φεδῶνιος καθέδρη μην Φοιβήιοιο Φάσεο.

Οὐδὲ δὲ οὐδὲ ζείδωρος ἄρχων θαλέη;

Εἴη μὲν δικλάς οὔτε κε φύλα φέρειος

Τίκορος δὲ χέει δρῦς άνθικας κλῆος εἶτο.

Καὶ γ' αἰτῶν φύσεως δέκινος λοιπὸς φυῆιος.

Πᾶν δὲ οὐ τρέφει πόνος τοῦ ἀήρ τε φυσικοῦ οὐδε,

λαμπεῖ μὲν οὐδὲνος σύμμαχά δει φέρων.

Oudeo

Οὐδετέρ' ἐξ αὐλογεῖς καρπὸς φόρεστηνος ὅπλοις,

Νῦν προφέρων αὐτὰς ἃν μελέτησος Φαλᾶις.

Ὕστερος δέ κεν ηὔλιοις τροπῇ ἀερσπόταις οὖν,

Ἐξ απλῶν ἀυδῆν Φησούς ἐρχήν συμάτων

Οὐτών οὐκέτι τὸ Ἐλικαναϊαδές Μῆσος, οἱ μερόσεστοι

Ἄδελες μὲν φερόγυλοις τὸν θεραποῦντός ερχόνται

Ἄδελος φορετένιον νησίος καρπού μεταβόλοιο

Παρ δέ αὐτῆς αὐτὸν γένεται ἡ χάριτος:

Εἴσαρτος ἐμοὶ καρυὰ λιπαροῖσιν χοροῖσιν ἐκεῖνοις

Οσσαν προσθήσω: Ολβίου ἔρδε πόνον!

Ολβίου οὐδέ μένον καρυόδος! καὶ ἐνὶ βάλλεο τάυτα

Στῶν θυμῷ, ἀ φίλος ἐυχεταίς ἐυχόμενος.

Hac sincera prosequitur

acclamatione

DAVID RUMD/

Iuve-

Juveni

Et morum **E** literarum elegantia com-  
mendatissimo

DN. I G A B R I E L I

F O X S T E E N /

Amico sincere dilecto



Dstituit Uranie calamumque manumque gu-  
bernans,

Dum meus hoc **F**OXSTEEN per  
ficiebat opus.

Adstitit Uranie, nec cætera turba Sororum  
Defuit: **E**s totum latus Apollo probat.

Interea Charites Phœbi laureta pererrant  
Texturæ meritis congrua ferta comis.

Amicitiae & boni omnis ergo  
scrib.

TORST. RUDE'EN.

*Ad Nomen*

Qvà morum decentiâ Qvàqve Literarum  
culturâ Eximii Juvenis

**DN. G A B R I E L I S**  
**S O R S S T E E N /**

Affinis sui plurimùm dilecti Amico affectu  
ut ut Subito ludebat

**G E O R G I U S R I J H E.**

**G**abriel est Virtus sive ipsa Potentia Summi,  
Qvàm vellem, possis Fortis ut esse


*Dei,*

**S O R S** natale Solum, affines tibi **S T E E N**  
referetqve  
**S O R S - S T E E N** ceu, nullo fumine  
mote *Lapis.*

**T**e comitem *Virtus* *Sociumqve Scientia* habe-  
bunt.

**Sic S O R S - S T E E N** *Conflans turbati-*  
*tutus eris.*

PRO-



PROLOGION.



Eu studium mathesios aditure,  
cognitio præprimis necessaria  
est Arithmeticæ, cum sine ope-  
ræ nihil omnino percipere aut  
effectui dare queat; Ita, cum  
liberalis exercitii gratia, theo-  
remata nonnulla Mathema-  
tica, DEO benedicente, in lucem dare atque  
examini publico subjecere animum induxi,  
operæ pretium esse puto, prima fronte, u-  
num vel alterum exemplum Arithmeticum  
in medium proferre, quo & animus perfecti-  
or, vel saltē promptior sive exercitatiō redi-  
tatur ad reliqua felicius exsequenda, & ordo  
disciplinarum ac instituti ratio simul obser-  
vetur, sit itaque ēnōmatis tēs ΘΕΣ:

A

M O M.

## MOMENTUM PRIMUM,

## De Progressione &amp; Proportione.

## §. I.



Si enim progressio series numerorum, aequo ordine & proportione se invicem exsuperant. Itaque cum plures propono numeros, se per æquales excessus superantes, talem seriem voco progressionem Arithmeticam, ut in numeris. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, &c. vel 2, 4, 6, 8, 10, 12, 14, 16, 18, 20, &c. Horum igitur numerorum summam si cui cito colligere placuerit, videat primò, quot sint numeri, idque notet; deinde primum ultimo addat & productum observet, tertio ducat dimidium alterius horum in alterum & summa omnium prodibit; ut 6, 10, 14, 18 22, 26, 30, 34, 38, 42, 46, 50, 54, 58, &c. hic sunt quatvordecim numeri, primus vero 6, cum ultimo 58, facit 64, numeri hujus, qui par est bipartito, dimidium duco in numerum terminorum & prodibit (448.) summa omnium. Item 3, 6, 9, 12, 15, 18, 21, 24, 27, 30, 33, 36, 39, 42, 45, 48, 51, 54, in hac serie sunt 18 numerantes, primus *Ternarius*, cum ultimo constitunt 57, hunc multiplicata per dimidium alterius 9, fiunt 513 sc: summa omnium; haec igitur dicitur progressionis Arithmetica, quoniam per æquales incidit excessus.

## §. II.

Progressio autem Geometrica est, cum numeri per certam incidunt rationem, sive proportionem, ita ut toti-

33

toties quintus includat quartum, quartus tertium, tertius secundum, quoties secundus primum, & sextus quintum, atque ita deinceps. Quod sit, dum numerus quicunque primò in se, deinde per alterum quemcunque multiplicatur, atq; productum deinde per eundem, & ita per gendo, quo usque libitum fuerit, aut res poposcerit, ut 3, 6, 12, 24, 48, 96, 192, 384, 768, 1536, &c. hæc in proportione dupla progressio est. In quadruplicata autem quandoquidem sequens precedentem quater includit, ut 4, 16, 64, 256, 1024, 4096, 16384. qui igitur vult eito ac facile colligere in unam summam tales progressionis numeros, multiplicet ultimum numerum per eum, in quem reliqui numeri multiplicati sunt, & a producto auferat primum numerum progressionis, residuum partiatur per numerum unitate minorem, quamvis est, quod multiplicavit; ut in progressione tripla, 3, 9, 27, 81, 243, 729. ultimum horum multiplicata per ternarium, per quem etiam reliqui sunt multiplicati, fiunt 2187; hinc aufer primum scilicet ternarium, restant 2184, hunc partire per binarium, qui est numerus unitate minor ternario, extabunt 1092, quæ est summa omnium.

### §. III.

**M**athematici proportionem diversarum quantitatum, habitum seu rationem appellant. Cujus praxis haec sit: multiplicata tertium per medium, quod hinc exsurgit, partire per primum, numerus ex divisione exsurgens ostendet numerum, quem inquireras; ut si talis proferatur quæstio: pro *Duodecim* mensibus solvendi sunt *sexaginta aurei*, quot oportebit per *viginti* merces solvere?

MENSES, AUREI, MENSES.

12, 60, 20,

20,

---

1200,

(100)

## §. IV.

**F**aciunt proporro proportionem hanc triplam: *Musica*, scilicet, qvæ concentum seu sonorum ad invicem Symmetriam tractat; *Arithmeticam*, qvæ secundum qualitatem excessus proportionem metitur, veluti si quis diceret 12 ad 8 eam habere rationem, quam 16 ad 12, eo quod uterque excessus æqvalis sit; Demum *Geometricam*, quam etiam in præsentia, auxilio DEI, leniter tractabimus, qvæque dividitur in duplicem proportionem, nempe, *æqualitatis & inæqualitatis*. Proportio æqualitatis est, dum duæ quantitates æqvales ad invicem comparantur, at 8 ad 8, 1000 ad 1000. Proportio vero inæqualitatis est, dum duæ inæqvales quantitates ejusdem tamen generis ad invicem conferuntur, dividiturque in proportionem *majoris inæqualitatis & minoris*, qvæ sanè non alia ratione dissident, quam quod in illa major ad minorem confertur, ut 6 ad 1 sextuplam habet proportionem. Contra 1 ad 6 proportionem sub sexduplam habet, atque haec minoris inæqualitatis est; verum haec quoad nomen differunt tantum per dictiōnēm SUB, quam minori semper addunt, & quicquid de una dicitur, de altera Intelligendum pariter est.

§. V. Ex-

od, oris 12, mss.

## §. V.

**E**xtenſio proportionis cuiusvis, ſequenti ratione péragi-  
tur: *Datis duobus numeris ſub certa habitudine, fi vis tertium*  
illis adjungere, qvi ſub eadem proportione ſe habeat ad ſe-  
cundum, qva ſecundus ad primum, tum duc ſecundum  
in ſe ipsum & productum divide per primum; exempli gra-  
tia, cupio tertium numerum invenire in proportione, qvæ  
ſe habet, ut 2 ad 6, duc in ſeipſum 6, fuunt 36, & divide per  
2, exſurgunt 18, hic erit tertius numerus qvæſitus. Ita ſi liber  
deinceps, qvantum viſ, progredi, duc ultimum numerum  
in ſe ipſum, productum partire per penultimum.

## §. VI.

**E**xemplum hujus, centesima uſura perpetui fœnoris ex-  
hibebit. Quidam neceſſitate compulſus adit Fœne-  
ratorem & accipit ab eo in uſuram centesimam per-  
petui fœnoris 500 aureos; exacto a. quadriennio, metuens  
ne ſibi creſcat aē alienum, cupit ſe illo liberare ac Fœ-  
neratori restituere tantam ſummam, quantam ab eo u-  
na cum uſura per hoc tempus exigi poſſe credit. Qvæ-  
ritur E. qvantum jam debeat Fœneratori? Sunt autem  
centesimæ uſuræ, quæ centesimo mense, id est, ante  
exitum anni noni aēquant ſortem. Quare ſi uſque ad exi-  
tum centesimi mensis retinuifſet 500 illos aureos, coa-  
ctus fuifſet præter ſortem, tantudem uſuræ nomine per-  
ſolvere. Itaqve cum in qvæſtione ſit, qvantum pro qva-  
tuor annis debeat ultra 500 aureos, colloca numeros in  
hunc modum. 100 menses uſuram faciunt 500 aureorum,  
qvantum E. faciunt 48 menses? ſcilicet 240 aureos, qvos  
debet ſupra ſortem. Qyod ſi centesimæ non ducuntur

perpetuo fœnore, sed cum anotocismo anniversario, hoc est, renovato in singulos annos fœnore, qualis usuræ hodie vocatur Judaica, longè alius est operandi modus, adeoque duplex. Prior, ut per singulos annos seorsim fiat calculatio, propter anatocismum, seu renovationem fœnoris; ut pro primo anno, sic colloca:


100 menses dant 500 aureos, quantum dabunt 12 menses? nempe 60; ad exitum ergo primi anni debebat tam sortis quam usuræ nomine 560 aureos; cum autem 500 aurei fœnerantur uno anno 60 aureos (hoc est, 25 fœnerantur 3) eadem itaque ratione per quatror annos compendii gratia observata, tam sortes quam usuræ singulis annis renovatae facient 784. Posterior operandi modus longe compendiosior est, qui quidem hoc parato absolvitur; quoniam 500 aurei fœnerantur uno anno 60, id est juxta minores numeros, 25 aurei fœnerantur 3, adde 3 & 25, fiunt 28 aurei sortis & usuræ, quibus respondent 25 aurei sortis; proinde sic pone,  $\frac{25}{28} \frac{25}{28} \frac{25}{28} \frac{25}{28}$  ac multiplica superiores in se, unde producentur 390625. Itidem & inferioribus invicem ductis procreantur 614656. Nunc ita colloca 390625 dant 614656. Quantum dant 500 £ nempè ut in priori 784. rejectis minutis.

## MOMENTUM SECUNDUM.

Et quidem Geometricum.

## §. I.


**D**ixi scientiam Arithmeticam Geometræ adēo necessariam esse, ut sine ea nihil qvicqvam efficere possit, qvod seqvens exemplum geodeticum probatum ibit.




Sit ager qvidam triangularis, sed non rectangularis, E F G, cujus singula latera sunt nota: *Primum latutus*

tus E F, sit 13 perticarum, Secundum F G 14. Tertium E G 15. Jam qværitur hujus area?

Est autem planissima & maxime usitata investigandi ratio, per cathedum seu lineam perpendicularem, ad aliquod trianguli latus ex angulo, qui ab eodem subreditur, dimissam, ut si in nostro triangulo ad latus F G. fuerit dimissa perpendicularis E H ex angulo E, venabimur ejus longitudinem hoc modo: Primo unum qvodque trianguli latus quadretur, id est, in se multiplicantur, erit qvæ quadratum lateris E F 169 perticarum. Lateris F G 169. Lateris porro G E 225. Adjunge jam quadrato F G, quadratum E F, prodeunt 365, e qvâ summa abjice reliqui lateris E G quadratum 225, erit residuum 140, cuius dimidium, videlicet 70, divide per 14, id est: per radicem ejus lateris, in qvod perpendicularis dimissa fuit, habebis pro quotiente (5.) Hujus quadratum qvod est 25 si abstuleris e quadrato lateris E F. id est 169, remanent 144, quorum radix quadrata, nempe 12, ostendit longitudinem cathedi E F. Eandem & sic reperies, quadratum lateris F G, rursum, adjice ad lateris E G, quadratum, ac colliges in summam 421, unde aufer 169 later: E F, quadratum, relinquentur 252, quorum dimidium 126, per 14 distributum, ostendit in quotiente 9, cuius quadratum 81, Subductum de 225, relinquit 144, sc: quadratum perpendicularis E G, radix hujus nempe 12, est ipsa perpendicularis E G, Hinc igitur jam area agri triangularis cognoscitur, multiplica per dimidium basis inventammodo perpendicularem, ac producentur perticæ quadratæ 84, qvæ exhibent veram capacitatem, seu amplitu-





plitudinem agri.

¶ 9 (§)

MULTIUM. II. MOMEN.

Cui autem volupe fuerit altitudinem alicuius rei per Cumbram demetiri, id fieri per notæ longitudinis instrumentū quoddam, ut in exemplo sequenti docetur: sit nobis palus quidam erectus NI 10 pedum, exhibens umbram IK pedū 9, huic jam sit vicina turris quædam LM, suam umbram MK 108 pedum projiciens, quæritur quanta sit turris LM altitudo? hic sciendum est, rationem umbræ eandem esse, quæ est pali ad longitudinem ejus, ipsius etiam turris, ad ejusdem altitudinem; collocandi sunt itaque numeri ita: pedes 9 dant 10 pedes altitudinis, quot igitur exhibent 108 pedes? nempe 120, quæ est turris LM altitudo quæsita. Pari modo quæratur altitudo DE, ex umbra EB, per baculi AC perpendiculariter errecti umbram AB. V. gr. sit AC 13 ped. AB 7, EB v. 38. Dico ergo: umbra projecta 7 ped. à palo 13 p. quantam igitur umbra turris 38 p. ejus altitudinem arguit? nempe: 70, neglectis particulis. Eadem (sc: altitudo DE) per umbram GH 18 ped. baculi FG, 9, nec non ipsius DE umbram FH, 141, si per Auream Reg. hoc ordine instituatur numeratio, obtineri potest.

¶ III.

Detur adhuc turris, cuius altitudo 100 pedum, in ambitu habens fossam quoad latitudinem 30 pedum, jam ab ulteriori ripa ad apicem turris fabricanda scala est, ejus longitudinem sic inventurus eris; multiplicata 100 in se quadratè, exsurgunt 10000, similiter 30 in se, efficiunt 900, quæ adde ad prius quadratum sc. 10000, fiunt 10900 □, hujus radix quadrata nempe 330 ped. 3 dig. ostendit longitudinem scalæ fabricadæ. radix v. hæc ita est scribēd: 33 0; (2 porr.

B

MOMEN.

## MOMENTUM TERTIUM,

*Astronomicum.*

§. I.

**P**rinceps Philosophorum Aristoteles videtur pronunciare multis ~~me~~ ad hanc, cum dicit: Solem & hominem generare hominem. Qvod cum dixit, putavit causam proximam cum remota conjungendam esse, atque eo ipso auditores suos excitare voluit ad indagationem cæterarum causarum, cum quibus illa quasi catenâ connectitur. Statuimus itaque Solem esse hominis cæterorumque animalium causam generationis remotam, dum in Zodiaco movetur, juxta sententiam veterum. Duabus enim potissimum rebus conservatur ac sustentatur vita nostra, aere nemipe & alimentis. Sol radiis suis ita aerem temperat, ut sit generandis spiritibus vitalibus idoneus: Alimenta vero terra mater omnium producit ac sufficit, radiis Solis calefacta & quasi excitata. Agit autem Sol die & anno, dierum noctiumque vicissitudines efficit motu priori, qui Soli cum toto cœlo communis est. Annum vero, annique tempora, Ver, astatem, autumnum, Hyemem, dierum noctiumque incrementa & decrementa, motu posteriori & proprio.

§. II.

**Z**odiacus conferri potest circa magno in quo decurunt Planetæ, alii tardius, alii citius, inque hoc circa quisque suum conficit annum; quæ autem est analogia circi ad circulum, eadem est anni ad annulum. Luna decur-

.VIMOM

decurrere potest Zodiaci circulum, prout a Sole digressa ad eundem revertitur, intra dies fere triginta, qui est Lunaris annus. Mars Sole altior, Spatium sui motus duobus annis solaribus conficit; Jupiter duodecim; Saturnus vero altissimus, annis triginta Zodiacum suspenso quandoque gradu perambulat. Sol autem annum suum in cireo cœlesti absolvit diebus trecentis sexaginta quinque, cum scrupulis horariis quadraginta novem, hoc est, dum Sol digressus a Zodiaci principio, sive ab initio Arietis, duodecim signa ab ortu in occasum pererrat, & tandem ad idem revertitur initium, praeter latitudinem dictum tempus. Annus vero noster civilis juxta Solis motum descriptus, plane congruit cum dicto tempore, praeterquam in numero horarum; nam pro horis quinque & minutis quadraginta novem, assumuntur horæ sex integræ, quæ quater sumptæ constituant diem unum intercalarem in mensem Februarium, quarto quolibet anno inserendum, unde fit, quod quartus quisque annus, non tantum sit major, quam fuere tres anni præcedentes, quem proinde nos bissextilem appellamus, sed & justo longior.

## §. III.

**H**abet autem annus solaris quatuor cardines, in quibus contingunt tempestatum anni mutationes, nempe, duo Solsticia & totidem æquinoctia; Cum Sol quasi consistere videtur septem fere diebus antequam ad metam pervenerit, & totidem diebus postquam eandem pertransierit, hinc tempus istud quatuordecim

dierum dicitur solsticium, quod ex sola inspectione glo-  
bi unicuique manifestum. Äquinoctium alterum a Ve-  
re, alterum ab Autumno denominatur. Ubi Sol attingit  
initium Arietis, est æquinoctium vernum, & ubi ad prin-  
cipium Libræ pervenerit est æquinoctium autumnale; Ä-  
quinoctium appellatur, quoniam eo tempore æqualitas  
est dierum & noctium in toto orbe torrarum, Sole  
sub æquatore consistente; ab æquinoctio verno ad æ-  
qui noctium autumnale dies numerantur 187, & porro  
ab æquinoctio autumnali ad æquinoctium vernale dies  
dantur 178, discriminus est dierum ferè 9 cum tamen isti  
duo semicirculi in globis sint æquales. Annum Per-  
sæ ab æquinoctio verno inchoant; ab æquinoctio au-  
tumnali Chaldæi, Syri & Judæi; itaque totidem sunt  
anni civilis principia, quot sunt anni Solaris cardines. Ab  
iisdem cardinibus initium capere putantur quatuor anni  
tempestates, Ver, Ästas, Autumnus & Hyems, Ver  
autem Sole peragrante V. 8. & II. creatur. Ästas  
Sole decurrente ☽, ☿, ☾. Autumni tempora sunt  
cum Sol versatur in signis, ☽, ☿, ☾; Hyemis denique  
dum in signis ☽, ☿, ☾.

## §. IV.

**C**eu quartum quemque annum bissextilem, hoc est  
uno die longiore quam sunt tres priores diximus,  
ita & in æra Christiana centesimus quisque annus est  
bissextilis, itaque si quis sciscitetur qualis sit annus 1700,  
respondebimus esse bissextilem; Quia est centesimus;  
item annum 1720, esse bissextilem quia numerus 20,  
divi-

dividitur a quaternario. Cæteri anni sub indice non compræhensi, sunt anni communes. Continet enim annus communis dies trecentos sexaginta quinque, annus bissextilis dies 366, hic dies qui jam super est dicitur quoque Intercalaris & inseritur in mensem, ut diximus supra, Februarium, qui est mensium brevissimus; scilicet dierum 28, anno communi; sed anno bissextili dies habet 29. Ista unius diei intercalatio efficit, ut menses servent suas stationes, cum alioquin absque isto fræno menses æstivi, intra annum 700 transituri essent in hiemem, & vicissim menses hyberni in æstatem. Quoniam vero in isto die intercalari redundant tres horæ unius quadrantes ultra ratiocinia Solis, hinc factum est, ut anni cardines, mutarint suas sedes in anno veteri Juliano & a 25. die mensis ascenderint ad diem 10 vel undesimum.

S. V.

**M**Os hodie est Judæis & Turcis, quod mensibus mere lunaribus utantur, initium mensis capientes ab eo momento temporis, quo Luna a Sole digrediens eumque versus occasum relinqvens moveri incipit in ortum. Qvod ut rectius intelligatur, scire debemus lunæ globum corpus esse opacum, nullo fere, aut obscuro tantum lumine præditum, lumen Solis recipere, idemque a se diffundere idoneum. Istius globi lunaris hemisphærium, aut paulo plus, semper a Sole il-

luminatur, quod mutatur in horas propter continuum lunæ motum circa terram, ita ut lumen in luna revera nec crescat, nec decrescat, sed potius per globum ob ambulet.

## §. VI.

**P**rinципium motus, quo luna circa terram movetur ab occasu in ortum, sumitur a conjunctione Solis & lunæ, quod principium in Zodiaco fixum esse non potest ob perpetuum Solis motum. Si autem Sol qui esceret, tunc luna hunc circulum absolveret spatio 27 dierum, Sicque mensis lunaris tam Periodicus quam Synodicus, appareret esset unus idemque, nempe, si Sol non simul progrederetur ab occasu in ortum. At jam luna a Sole digressa, eundem denuo assequitur, intervallo dierum 29, & horarum 12, quibus conficitur mensis lunaris Synodicus; à certo vero Zodiaci punto ad idem revertens spatio 27 dierum, constituit mensem Periodicum. In usu politico menses lunares sunt alternatim dierum 29 & 30; hi dicuntur menses pleni, isti vero cavi. Sed hic discursus nostri filium abryumpimus & dicimus:

**GLORIA IN EXCELSIS DEO,**

**PAX IN TERRIS.**

Ad

Polissimum, Excitatique ingenii com-  
militonem,

DN. GABRIEL  
FORSTZELL

Amicum & Sympatriotam honoratissi-  
mum.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

ΦΟΡΣΤΕΝΙ Εἰς Μετῶν πατέρος Σαράντων τε λατρευτῆς.

Εὔχομαι εὐλογίαν πολλὰν τοι ! κρύσταλλον πάντα

κύριον φέρεν χειράδαν δηλαδή πάντα

Amica mente, et si manu festina  
scripsi,

LAUR: TAMMELIN:

AD VIRUM - JUVNEM

Pereximum ac Praestantissimum

DN. GABRIELEM FORSSTEEN

Amicum meum integerimum  
dam

Disputationem proprio Marte conscriptam dextrè  
defendebat.

G R A T U L A T I O.

Quid juvat in Cœlum subtili mente volare,,  
Ire jubet qvà Zona rubens Hyperione natum ?  
Et Vasti expansi benè climata nolcere mundi,  
Urbes & tractus qveis Titan lumina præbet ;  
Brachia, qvæ longo terrarum margine tendit,  
Cœruleo pollens Conjunx Neptunia regno :  
Quid juvat hæc animo doctâqve revolve mente,  
Arbitrio, qvorum ore sedet facundia multa,,  
Servo? nemo tamen, cuvis debet nisi crimen,,  
Percurrisse polum virtio nunc vertere possit.  
Gratulor hinc mérito Tibi, **Forssteen** Sympatriota,  
Sacra hæc qvod Tibi contigerit libasse per ampla!  
Perge igitur studio Parnassi inquirere valles,  
Fons ubi Castalius liqvido torrente superbit,  
Sic Heliconiadum pota latices : habiturus  
Hinc decus Eximum, *doctarum premia frontum.*

ERICIUS BRUMERUS.

Helsingf. Nyland.